



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

C. Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

*Tu pars illius vitæ simul esse memento:
Mercedem quisquis denegat, ille necat.*

XCVII.

Ioanni Læto I C.

*Cui des, LÆTE, vide. Cato sic monet, ipse li-
Si dederis digno, munera digna puta. (benter*

XCIIX.

Symbolum D. Iacobi Mar-
chionis Badensis.

*Dilige iustitiam, terram quicumque gubernas
Iudex: sic vates regius ille canit.*

*Symbolon hoc tibi nempe placet. te quippe I A-
Commonet officij, Marchiomagne, tui. (COBE*

*Iudicet ut princeps benè, lanx hoc ponderet omne
Iustitiæ vires temperet inde suas.*

*Felicem populum, si princeps jure, vel æquo
Se magis, arbitrio quàm regit ipse suo.*

XCIX.

Conr. Carolo. Hehlio

Patr. August.

E Græco.

*Omne nocet nimium: vetus hinc est, CAROLE,
Quod fel erit, non mel, si mel erit nimium. (verbū:*

C.

Ad Lectorem.

Quæ

*Qui legis has Apinas, aut Tricas, candide Lector,
Candidus ut maneas, consule quaso boni.
Aestas haec dedit: similis Autumnus. Hyemsq;
Verque nouum Tricas mox, Apinasq; dabunt.*

SYMBOLA ALIQVOT
Illustr. Principum Ger-
maniae.

PHILIPPI LVDOVICI COM.
Palat. Rheni.

Christus meum asylum.

*Seu morior, seu vivo, MEVM sit CHRISTVS
(ASYLVVM)*

Mortis hic, et vitae sacra sit ara mea.

IOANNIS COM. PAL.

Illumina oculos meos Domine.

*Luce tua DEVS, oro, meos ILLVMINA oculos.
Nam sine luce tua caecutit omnis homo.*

OTHONIS HENRICI
Com. Palat. Rhen.

Deum time: Regem honora.

*Caeli iura tenet Deus, at rex orbis: HONORA
Sic REGEM, fida mente, DEVMq; TIME.*

FRIDERICI COM. PAL.

Iustitia stabilitur thronus.

IUSTI